



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 29. Guido Blandrata Archiepiscopus Ravenas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

Papa,
ivisci-
tatem
Pon-
nones
obli-
ec ob-
clesia
s au-
atur,
dmo.
Legis
in se
Do-
mit,
Ita
ntur
rum
bu-
s ad
non
oni-
, se
cto-
ne-
ent,
re,
ere,
qui
bit,
ice-
ex
rio

proprio cerebro, & nullam auctoritatem, Sæcul. XII.
qua Doctrinam, ad illa usque tempora A. C. 1158.
inauditam, confirmaret, producit. At
nihilominus sequentia tria Sæcula ipsi
soli fidem habuerunt. Quodcumque in
ipsius decreto legitur, pro purissima Ec-
clesiae disciplina habitum est, nec eam
ex aliis fontibus quererere Clericis memo-
ratæ ætatis in mentem venit.

§. XXIX.

*Guido Blandrata Archiepiscopus Ra-
vennas.*

Imperator Fridericus, in Longobardia
hyemem transigens, complures Proce-
res Præsulesque itineris sui socios amisit,
& præter alios Fridericum Archiepisco-
pum Colonensem, qui annis non plus Radev. c. 14.
tribus federat, & Anselmum Archi-
episcopum Ravennatem. Huic Impe-
rator per electionem suffici curavit Gui-
donem, filium Comitis Blandratæ, ju-
venem, quem Papa rogante Imperatore
Clericis Romanis adscriptum, Subdia-
conum ordinaverat. Cumque Archi-
episcopus Ravennas eligeretur, aderat
Hyacinthus Cardinalis nomine Summi
Pontificis, qui electionem nihilominus
confirmare bis recusavit, quod diceret,
se eo adduci non posse, ut filium Co-
mitis Blandratæ a latere suo avelli pate-
retur, se enim eximiis ejus dotibus de-
Sup. c. 15.
U s lectari,

Sæcul. XII. lectari, & ejus Consanguineos plurimum
A.C. 1158. Ecclesiæ Romanæ posse prodesse. Hinc

se juveni sublimiores dignitates desfi-
nare, cui jam Titulum, ac si Diaconus
esset, designasset. Et ita quidem Papa
in proposito perstitit. Sed Guido nihil.
ominus Imperatoris præsidio tutus pos-
sessionem Archiepiscopatus Ravennatis
adiebat, quem annis decem, usque ad obi-
tum suum, annumque millesimum cen-
tesimum sexagesimum nonum tenuit.

*Ital. Sacr.
to. 2. p. 370.*

§. XXX.

Alterum inter Papam & Imperatorem diffidium.

Hadrianus vero Papa impatienser fere-
bat, quod Episcopi & Abbates, se
Jura sua Regalia Imperatori in acceptis
referre confessi essent, quodque Impe-
ratoris Præfecti pabula etiam ex oppidis
Radev.c. 15. ad Patrimonium Ecclesiæ Romanæ perti-
nentibus insolentia militari extorque-
rent. Quamobrem ad Imperatorem de-
dit epistolam, suavi, ut eam obiter le-
gentibus videbatur, stilo, sed si verba
bene pensarentur, acerrimo, eamque
per famulum vilem transmisit, qui redi-
cta epistola, & necdum perlecta, omnium
oculis se subtraxit. Imperator contu-
melia incitatus, & juvenili impetu, sta-
tuit, par pari referre, non equidem
missio sordido nuncio, nam virum spe-
ctabilem